


CARMELVS
ANTIQVVS
NOVÆ GLORIÆ
THEATRO
ADORNATVS.

IOANNES

proposito sibi gaudio svsstInVlt CrVCeM.
Heb. 12. v. 2.



*S. IOANNES à Cruce Primus Carmelita Disaluentis.
J. Eberhard Col.*

à CrVCe IOANNES serVens In IMagIne penDet ;
ELVs prototypon par & In orbe fVlt.*

THEATRVM
ORTHODOXI CVLTVS
ET GLORIÆ,*

*In Colle Quirinali conditum,
In Monte Carmelo exaltatum,*

QUANDO

Magno DEIPARÆ Delicio,

Divi ELIÆ Filio,

S. THERESIÆ à JESU Primigenio,

Sacri Ordinis Excalceatorum Protoplasto,

DIVO JOANNI
à CRUCE

PER

SS. D. N.

BENEDICTUM XIII.

Publicâ Apotheosis celebritate

Sanctorum Fastis adscripto

Coloniæ Agrippinæ VI. Kalen. Augusti,

Dic, quæ Divi *Eliæ* Octava, & novæ Octavæ prima,

SOLENNES TRIUMPHI

Oculis, animisque Urbis lætùm acclamantis exhibebantur

à Devotissimo Excalceatorum Asceterio.

Coloniæ Typis VIBUR PETRI THEODORI HILDEN.

PROLOQUIUM.
THEATRVM HONORIS,

Vt tota Vrbs speCtet,
DeVoto patet aspeCtVI.*
EX *CarMeLI* VetVstate aDornatVr gLoria;*
naM

DeCor hoC apparet VenVstlor,
qVo VetVstlor.*
è Colle qViriNI taMen proDIens noVo
orlgo fIt aVgVstlor.*
QVoD VetVs aC profana ConfInXIIt *roMa*,*
saCer *thereslanVs* aspernatVr zeLVs,cXpLoDIt *aMor*.*

nHIL eI CVM VanIs
neronIs fastVosI LVDIs.*
nHIL CVM sVperbIentIbVs
aDrIanI fabVLIs.*

BENEDICTVS EST,
CVIVs sVrgens è fonte THEATRVM,*
Et sVrgens *theatrVM* est,
DIVVs IOANNES à CRVCE.*

QVot VIRTutes, tot sCenas speCta,
ròtqVe aDornatos ab honore trIVMphos.

PARS

P A R S P R I M A .

* T R I V M P H V S

pro præstis gratiæ Donis

E V C H A R I S T I C V S . *

§. I.

Christo Triumphorum Authori.

L E M M A :

R V T S V M C o n f L V I t , V n D e f L V I t . *

C H R I S T E Triumphator , nostri fons prime *Triumph* ,
 Ex quo JOANNIS Gratia duxit aquas ;
 C R U X cujus Dux sancta fuit , quæ prodroma Divum
 Edocuit salvam per *Crucis* ire viam .

Aspicis excelsi constructile pegma *Theatri* ,
 Quasque struat scenas gloria , quale decus .

Fulget imaginibus surgens ad sydera *Templum* ,
 Tersius è busto Pantheon Umbra parit .

Indigetem Cæli supplex Dulia coronat ,
 JOANNEM pronus grex colit , igne calet .
 Quod struimus pietatis opus , Tibi Christe sacramus ,
 Quodque tuum est , reddit dextera grata tuum .

JOANNES è fonte tuo quia flumina duxit ,
 Hinc redit unda *sacri fluminis* , unde fluit .

A 3

§. II.

§. II.

Divis Cœlitibus
Carmeli Tutelaribus

D. JOANNIS à CRUCE adjutoribus.

LEMMA:

sanCto CVrsVs DVXIstIs aMore.*

Virgo Diva tibi, quæ nato es proxima Christo,
 Debita post Christum Laus Tibi prima Parens.
 Et Tibi qui dextrâ, qui gestas lilia corde,
 Et Tibi, quem gladii flammeus armat amor.
 Divaque Baticolæ prognata THERESIA Stirpe;
 Cui cor angelicâ sauciat hasta manu.
 Vobis debentur grates, præconia debet
Carmelitani Musa ministra Chori.
 Vester honos est noster honos, ab honore *Triumphum*
 Vestro JOANNES à CRUCE noster habet.
 Vos Sancti *sancto cursus duxistis amore,*
 Lucis in hoc vestræ stella refracta micat.
 Diva *Maria* mare es, flumen *Josephe* bonorum,
Elia lumen, Virgo THERESA jubar.
 Accipite hos nostros quaternio dulcis honores,
 Jubila clementi nostra fovete sinu.
 Exornent alii majores hisce *Triumphos;*
 Non patrocinium majus habere queunt.

§. III.

§. III.

SS. D. N. D.

BENEDICTO XIII.

Supremo Ecclesiæ Principi.

Sub *LEMMATE*:

Currus Israel & Auriga ejus.

4. Reg. 2.

Cælorum Mundique potens Dominator, & Orci
 Inferni domitor, cujus *Benedictio* nomen
 Divaque facta replent, tripléxque in fronte coronæ
 Eminent, ac totidem Summus cûi Pastor habenas,
 Et claves in ovile dedit, quibus ostia claudas,
 Et referes, ut jura tuum jus sanciat orbi;

Aspice *Carmelum*, quem maximus arbiter olim
 Condidit *Elias*, ac Diva *Theresa* Mater
 Lege reformavit sanctâ, nova lumina priscis
 Addens luminibus, castrorum grandis Amazon,
 Uberibus tamen aucta suis, quibus ubere lactis
 Hactenus innumeram nutrit nectare prolem;

Aspice! Summe Pater quantis hinc inde *Triumphis*,
 Et quantis vexilla CRUCIS super æthera pompis
 Passa volent, quantus Carmeli ferveat ardor,
 Imprimisque Ubiûm pro Cælo zelus in urbe,

Ut

Ut sacra JOANNIS, quem de CRUCE nuncupat Ordo,
Fulgeat alba dies. Conatus aspice Fratrum,
Qui radians Sancti nudo pede Lumen adorant,
Lunatoque genu recolunt sub imagine solis,
Et Magni *Elia* Patris & *Crucis*, unde sacratum
Sanctus nomen habet, miracula cœlica vitæ.

Hoc opus est BENEDICTE tuum: Pæanis es author,
Dum tua declarant JOANNEM oracula Sanctum,
Illiúsque sacris adscribunt nomina Fastis.

Primus honos, Laus prima Tibi debetur honoris
Unica post superos: meritis Tu pondere justo
Libratis sanctæ junxisti pondera vocis,
Quæ vox vera Dei. Per Te pede gloria curret
Posthac *Nudipedum* major, Tu largior alas,
Quêis volitabit, alis: CRUCIS immortale trophæum
Erigis, ut toto radiet JOANNIS in orbe.

Summa (quis inficias ibit) tua gratia grates
Hæc summas meruit; sed mundi parce Monarcha,
Quas vellet, non Ordo potest. Est sola voluntas,
Sola voluntatis sunt fervida vota clientûm,
Quæ paupertati restant; hæc ergo, precamur,
Quo Sol magne soles, clementi suscipe vultu,
Quique Diis par es, quorum quoque pauper ad aras
Accedit, permittite tuis ter maximè servis,
Pro Te sponte mori, quês præstas lumina vitæ.

* *
*

VIVE

VIVe

In DIVI Petri throno
epIs CoporVM epIs Cope!

*

VIVe

sVpreMe saCerDos aaron,
sanCte pontIfex!

*

VIVe

felIX à Deo Coronate
apostoLorVM hæres!

*

QVI

ter CoLenDV s primatV es abel,
gVbernatV noe,

*

QVI

patrIarChatV nVnCVpanDV s
abraham,

*

QVI

orDInIs prIVILEgio noVV s
MeLChIseDek,

*

noVV s

pro Lege IVDICatV
saMVeL,*

B

NO-

*Vid. S.
Bern lib.
2. c. 9. ad
Eugen.
P. P. 3.*

at Ordo,

author,
cum,

rophazum

3,
25,

225

VIVe

noVVs

De CæLo aVXILLator

Moses.

*

noVVs

potestate petrVs aC DoMInI

VnctVs,

*

ChrIstIanoRVM DVX sanCtVs,*

In qVo DVoDenI InspICIVntVr

beneDICTI.

*

ADVersVs te CLaVIger Magne
Inferæ non præVaLebVnt portæ.

*



§. IV.

PERILLUSTRIBUS, STRENUIS, AMPLIS-
SIMIS, PRUDENTISSIMISQUE VIRIS ac DD.

CONSULIBUS

D. ANDREÆ DE WIDENFELDT,

D. JOANNI NICOLAO DE KRUFFT,

QUÆSTORIBUS,

D. HERMANNO JOSEPHO DE WEDIG,

D. NICOLAO DE GROOTE,

PROCONSULIBUS,

D. JOANNI PETRO DE HERWEGH,

D. JOAN. ARNOLD. JOSEPH. DE MYLIUS,

Cæterisque PP. Conscriptis, Senatoribus,

Quiritibus, Civibus,

ac Universæ

Liberæ Imperiali Urbi Coloniensi,

Divæ Virginis Sacri Carmeli Tutatricis

Coævæ Civitati, veterum Romanorum

Integerrimæ Sociæ, S. Sedis Apostolicæ

Fidissimæ Filix, Sanctitate præcellenti, præcellentia

Sublimi, Imperialibus, Regalibusque Privilegiis inelytæ.

&c. &c.

B 2

Seife

Sese & hos Triumphos D. D. D.
 Observantissimum Monasterium
 PP. Carmelo - Theresianorum.

LE M M A:

Vos sanCto DILeXIt oLyMpVs ab ortV.*

URbis Primates, Ubii sex sydera Coeli,
 Dextera seu *Fasces* vestra suprema rotat;
 Seu vos *Quaestura*, seu sparta *Proconsulis* ornat,
 Vosque Magistralis caetera membra fori.
 Et Vos quæis cordi Divorum est gloria Cives,
 Et quibus est cordi CÆSAR, & una fides.
 Est opus hoc vestrum; solemnibus pompa *Triumphis*
 Vos ut respiciat, causa peræqua patet.
 Integra jam primi finita est orbita sæcli,
 Ex quo grex noster fixit in urbe pedem.
 Principio varias fortis toleravimus auras,
 Sæpius ambiguis est ratis acta notis.
 Mox iit in cineres primævi fabrica claustris,
 Mox nova de busto nata procella fuit.
 Sed sterimus; quis causa fuit? sit gloria Jovæ,
 Omnipotente suâ qui regit omne manu.
 Gloria sit *Matri*, sit gloria salva *Josepho*,
 Gloria *Theresa*, quæis sua cura gregis.
 Vos vos, & vobis qui præcessere *Quirites*,
 Quorum perpetuis laus inarata cedris;

Vos,

Vos, illique estis nostræ Stationis Achates,
 Nos vester fovit, duxit, adauxit amor.
 Gratia devotos fecit nos vestra *Colonos*,
 Gratia passa suo nos residere sinu.
 Cur à *Rore* Domus *Carmelitana* vocatur?
 Res patet; à vestro *Rore* vocata fuit.
 Vos veluti pluvio Gedeonis *Rore* rigatum
 Vellus erat, nostrum *Rore* rigatis agrum.
 Agnoscit Mens dona memor, seseque fatetur
 Obstrictam innumeris esse cuique modis.
 Quare ut prima Deo fuit, & fuit altera Divis,
 Tertia Pontifici symbola danda Patri;
 Sic & quarta datur vobis hæc symbola cordis:
 Cor datur *in quarto* Patribus *in folio*.
 Vobis *Conscripti Patres* hunc scribimus assem:
 Vos cupit hæredes pauperis assis amor.

EVge, faVete!

ACCipte qVoD VestrVM est,

Et tV benIgnVs aCCIpe, qVod tVVM est,*
 popVLVs, quem Del reglt oCVLVs.*



PARS SECUNDA.
*TRIVMPHVS
è VoCIBVS eDens VoCes.*

ela age sVrge DeCor, pLVs VLtra sVrge trIVMphans!*
frVltra est,

VenVstates aCCersere forIs, qVæ Vberes DoMI.*

qVotles VoX profertVr,

raCenDo enCoMlon profert,

CVM LaVDatVr Vera sIbI LaVs est.*



§. I.

HOC PRINCIPIVM IN DIE
VirtVtIs tVæ.*

Psal.
104.

In Hesperia editus

Patriæ mutato nomine *Hesperii*,

Phosphori exorientis edidisti lumen.

Dubium; utrum nova veteris Castellæ;

an Coeli Stella?

Clarus es natus *Hontiverii*,

Clarior in sinu *Veritatis*.

Tractus *Abulensis*

Extra-

Extractum te prodidit authenticum Sanctimonix,

Extractum quintæ essentix,

Extractum cordialem perlarum aquæ.

JOANNES in Fasciis

Mundas gratiæ mundo exhibuisti faces,

annos in Cunis canos.

Filius *Gondesalvi de Iepes*

Salvum conductum Divi obtinuisti

Itineris Viator,

Priusquam pedibus Stator,

Scintillans potiùs nuncupandus *Faspis*,

Quàm *Iepes*:

Erro; illustre etiam hoc inter Hispanos Stemma
est gemma.

Fari adhuc nescius ore

Infanda Infans locutus es omine,

Prodigiosa prodidisti præfagia,

Dum adhuc vagiisti inter crepundia.

Luxisti dum suxisti

Piissimæ Matris Catharinæ Alvarezix

Dicámne Alveare? an Ubera?

* In splendore ante LVCiferVM exortVs *

Gratiam spiravit vultus,

Qualem rarò alius speravit aduktus.

Nondum atatula sciens

Ludere par impar,

Parem prope Angelis lufisti ludum.

Quid

DIE

9/4.

104

Extra

Quid futurum apparuerit in homine,
In utroque reperio nomine:

JOANNES à CRUCE,
Ejusedemque Senaria anagrammatum serie:

1. *Eja cerno cunas,*
2. *Ac cerno niveas;*
3. *E cunis neo arca;*
4. *En in ea corusca,*
5. *En Vera, conscia.*
6. *O evincens arca!*

EPIGRAMMA:

Cum Lemmate:

saCra orDItVr, CVM eXorItVr.*

E *Ja* sacras cerno cunas:volvuntur in orbem,
Mobilis ast Cunæ nil tamen orbis habent.
Puras ac niveas cerno: non limpidus amnis
Purior est, niveam qui vehit Hebrus aquam.
Splendidus auratas in fundo is volvit arenas,
Ast Solem! in *cunis* qui jacet, ille jacit.
Nominis auspicio non has jam dixero *Cunas*;
En *arca è cunis* est NEO facta Dei.
E *Cunis* quin *arca* Noes, si dixero, facta est,
Non erro; est *purè* nata Columba *Puer*.
Arca micans *Arx* est; *in ea* quot *conscia* cerno
Vera, tot à radiis cerno corusca Dei.

Arca

Arcæ diluvii minitans non obstitit horror,
Non *Puero* Manes, tartareæque manus.



§. II.

IOANNES IVSTIFICATIONES,
qVas Cœplit, nVnqVaM DeserIt.*

Job. 27.

Procedit in fluctibus Arca,
Tam felix, quàm velox.
Angelus abyssi, cui nomen Abaddon,
Abditos nectit laqueos,

Aperit lacum, & reperit locum,
Ubi JOANNEM perimat,
Puteum parat, ut pereat;

Sed Æthiopem lavat infernalis æthiops,

Jac. cit. v. 21. *VeLVtI tVrbo rapIt eVM De LoCo sVo*

JOANNI in arca apparet arcus,
Sed quæ caret sagitta.

Erebi extinguere nequit illuvie,
Qui salutari custoditur Cœli igne,
Immunis ab unda, quia immunis à labe.

Exitii antevertit casum,
Deipara auxilio, non casu,
Miraculo, non Horoscopo.

C

Par-

Parvulus David staturâ, magnus gratiâ,
Maturus victoriis, antequam annis.

Arca cedit in arcem;
Ascendit laureatus Pugil,
Triumphale explicaturus Trophæum.
Instar Columbæ evolat,

Ut victricis Oleæ ramo coronet *Arcam*.
Ex unda tanquam ex Urna educitur fors vitæ.

An plura desideras lector?
Utrumque nomen lege & collige,
Quæ supplex effundit

JOANNES à CRUCE

Tot suspiria, quot anagrammata:

1. *Canon care Jesu,*
2. *Care in neo-casu!*
3. *Ecce nos à ruina,*
4. *A neo-necis cura*
5. *Accerse, innova,*
6. *Arce in se nosua.*

EPIGRAMMA:

JOANNES Vox est clamantis; inaudio vocem,
Dum scrobis ambiguas palpitat inter aquas.

Astra ferit ductus trepido de pectore planctus,

Nî fallor, querulò sic sonat ore *Puer*:

Jesu care canon! lex, lux, dux optime *Jesu!*

Aspicis ut mortis nos trucis umbra premat.

Nos

Nos care in casu ! nos (cur pluraliter inquit?
Custodem Genium fors simul esse videt)

Nos à tartarei rictûs minitante ruina,

Nos necis à cura solve, repelle minas.

Nos accersere tuos ! nocua in se protinus arce;

En in supremo spiritus ore ore sedet.

Innovet alme tuus divi nos Spiritus oris!

Audi pro nobis *Virginis* aure preces.

Sic tremit, ore gemit, nec fit mora tarda; gementi

Mox clemens *Æther* à nece pandit iter.

Hydra inferna stupe, luge, geme, victa tremisce!

Quem cupis, *Hydropoten* non hydra dira capis.



§. III.

FOECVNDATA LAVRVS
gIgnIt LaVRVM, *

Victoria Victorias.

Degluturiente stygis gulâ in undis debellatâ
ab imbelli manu,

ad majora accingitur JOANNES,

Ut plures discingat,

& hostiliter cruciet *Crucis* hostes.

* MVnDo CrVClfIXVs *

Crucifigit mundum,
 Crucifigit mortem,
 Crucifigit carnem,
 Ulterius crucifigit Plutonis canem,
 Sacrum exordiens cum Theresia Ordinem,
 Fit castrorum acies ordinata.

Candido indutus pallio
 Palliatos septem vincit Græciæ Sophos.

In ara Sacerdos fulget instar aræ,
 Ignifer & Deifer,

* MeDVLLItVs eXtatlCVs. *

Diceres in carne virum frui æternitate,
 nisi succederet tempus.
 Silete ! aures arrigite !

JOANNES à CRUCE

Ex nominum Oraculo ipsemet loquitur Sapientiam:

1. *In nave accerso,*
2. *Nec navis careo,*
3. *In ea Cruce sano,*
4. *In ea una cresco,*
5. *Ea carnes vinco,*
6. *Sinè carne vaeo.*

EPIGRAMMA:

Mutesco, atronitus stupeo, dum *Dive* peroras:
 Tullius in rostris & stupet ipse suis.

Omnia

Omnia succincto promissis sermone trophæa :
 Major de gestis non Tibi testis erit.
 Io triumphet inops ! *In nave accersis egenos,*
 Nec, sit egena licet, panibus illa caret.
 Quânto pauperior tantò plus navis abundat,
 Cum nil possideas Tu tamen omne tenes.
 Omnia largitus Codris, largitus & Iris
 Magnus egenorum diceris esse *Pater.*
Cruce medicina Tibi est, morbos & vulnera *sanas,*
 Mors stupet ipsa tuam Magne Machaon opem.
Cruce est parma Tibi, *Vincis Cruce* prælia *carnis,*
 In *Cruce* Tu vivis, sic quasi *carne vacans.*
 Omnia JOANNES Tu factus es omnibus; axi
 Delicium, terræ gloria, terror hydri.



§. IV.

GUSTATE ET VIDETE,
ECCe qVàm sVaVIs est!

Novum elogii genus,
 Glorioso nedum laudari à gestu,
 Sed & gustu!
 Gustate dulcedinem, videte venustatem.

JOANNES à CRUCE,

* ROSA radills aVrea fLosCVLorVM reX est, *
Rosa, sed & *Canonica*,

Quia

Anagr.

Ei Cura Canones.

Rosa deliciis est plena. specie serena:

Anagr.

Cor ea uni scena.

Rosa magnifica est, & munifica,
Christiparæ servorum servit odori,

Et saporis,

In prandio & cœna, in cibo & potu

Pascit gustus.

Rosa amabilis est.

Sed & conjuncta vepri, quia *Cruci*;

Suavitas tamen ita temperat sentes;

Ut sensus non sentiat,

Crucem exarmat, ut non experiatur *Crucem*.

Job. 34.

* *gVttVr gVstV esCaM IVDICat.* *

gVstate sVCCVM; qVID gratIVs?

Videte lucem, quid jucundius?

In JOANNIS corde tanquam ara

Splendet *Phœbus*,

Sub pedibus gemit Venus,

Formæ succumbit deformis,

Genuino Candori fucata purpura.

Gustate iterum ac Videte

JOANNES à CRUCE

Ex septenario Divi Spiritus hæc propinat
Anagrammata seu Charismata,

1. *Ecce in una rosa*
2. *Et nova, nec acris,*
3. *Cura es in cœna*
4. *Serve canonica.*
5. *O nec acris Vena,*
6. *Ore unica scena,*
7. *Neo succe in ara.*

EPIGRAMMA:

P*andora* septem finxerunt dona vetusti,
à totidem fictis esse tributa Diis.
Saturninus, Sol, Luna, Venus, de Plejade natus,
Jupiter, & Mavors munera quisque dedit.
Sed figmenta procul! quæ septem Anagrammata cernis,
JOANNI totidem sunt ea Dona Dei.
*Sept. Do-
na Spir.* Est *Sapiens florente Rosa* spectatus in *una*;
Flore bonos fatiat, fauciat hasta malos.
Vis *Intellectus Canonum* monstratur amore,
Providus est, largis providet ipse cibus.
Est *Fortis*, Fratres animat, quæcunque caduca
Spernere scit, votis est *pius*, astra timet.
Inter opes quàm dives inops *Pandora* fuisset?
Tales inter opes si numerâset opes.

S. V.

VIRTUS

& Ignis nVnqVaM DICIt:sVffICIt.*

Nulla igni

Nulla virtuti in via est via:

Qua data porta ruunt.

Utrumque nomen:

JOANNES à CRUCE:

Id novis hisce comprobatur anagrammatis:

1. *Cera es innocua,*
2. *In euro accensa.*
3. *O cur ea incensa?*
4. *Ecce ornans via,*
5. *En arces nociva,*
6. *Ecce Vir; Osanna!*
7. *Sic en vana orce,*
8. *Vanè sona Circe.*

EPIGRAMMA:

Mellificans *Apis* es; dedit *Alvarezia* Mater
Dive Tibi fragrans *Alvear* alma tuum.
 Cernimus *innocuam* quam fers è cortice *Ceram*.
 Non dat *Hymettus* opes, nec parit *Hybla* pares.

Cera

Cera tib
 Vim
 Flamma
 Flamm
 Saepe qu
 Extin
 Sed frut
 Fax
 Flamma
 Hunc
 Denique
 Elia
 Ecce V
 Tu C

CrVX

E XV

EX C

Rux Carr

Nix et

Trux pic

Lurida

Nulla tot

Felix e

Cera tibi *accensa* est ; cur ô *accensâ* ? propinquam
Vim succensuri fomitis intus alis.

Flamma Tibi Deus est, *Elias* flamma, *Maria*
Flamma est : *ecce ornans* quàm micat inde *Via*.

Sæpe quidem triplex hostis Caro, Mundus & Orcus
Extinxisse tuas has voluere faces ;

Sed frustra : tumidos fax est *accensa* per *Euros* ;
Fax magis aucta micat, quò magis aura gravat.

Flamma tibi est victrix, dum Claustrum corripit ignis,
Hunc ignem *en arces* igne, *nociva* prece.

Denique dum moreris, *Globus ignis* in æthere fulget:
Elia Currus sic abeuntis erat.

Ecce Vir Osanna ! quin ergo jubilet Ordo ?

Tu Circe, O ! *Sannas* appage, & orce tuas !



§. VI.

CrVX seraphICa est gaVDIVM,

eXVLtans foVet DeLICIVM,*

eX CœLO aDaVget IVbILVM.*

C*Rux Carmele* Tibi *Lux, Dux, fax, aurea lex* est,
Nix est, & *vox* est, *GreX* Tibi *Pax* amor est,
Trux procul hinc *nox* est, *nex* & procul horrida *Styx* est,
Lurida pix procul est, *nux* mala dura procul.

Nulla tot in *Crucibus* Tibi *Crux* est aspera cœtus ;
Felix es ; *rex* es sub *Cruce, luce, duce*.

PARS TERTIA.
 * TRIUMPHVS
 opere stat Varlo, pIctorlo, Lltterarlo
 DeLlneat Vs, *

Cujus Iconographica sequitur

EXEGESIS.

Spatiosi atrii seu area Monasterii frontem, quâ plateam respicit, ingens occupabat Obeliscus figurâ trigonus, mensurâ pedibus LXII. circiter altus, variisque Calaturis, Anaglyptis, picturis, encomiis magnitudinem beneficiorum, quæ à Cælo, quæ à Summo Pontifice, quæ à divo Joanne Seraphico Ordini collata, exprimentibus circumdatus; Ac primò quidem inferiori basi accubabant devicta & catenata Phlegetontis simulacra, hæc appositâ inscriptiunculâ:

Vah eXeCranDa

stylæ noCtIs eXeste Monstra! *

fVrVæ noCtI Vestræ à IOANNIS DIE DICItVr Dles. *

Operis stylobata in figuram trigonam pariter prominenti hæc inarata visebantur epigrapha:

I. AD

I.

AD CœLos VsqVe gLoriosa
 EXVrge pyraMIs ! *
 MVnDI totIVs qVâ patet , CapItI
 Ingens In astra erlge CapVt. *

BENEDICTVM

Vt , qVâ par est , eXtoLLas parItate , *
 trlgonâ sVrgens flgVrâ
 sanCtItatis eXprIME benedICTIones. *
 EX trlangVLO
 HVnC aDornabls angeLVM.

II.

trlne In gLorioso patre effVLgent gratiæ,
ALtItVDo, LatItVDo, profVnDItas, *

AL T I T V D O

est anhelVs pro Vera Del LaVDe zelVs , *

L A T I T V D O

assIDVa pro popVLO tVenDo CVra , *

P R O F V N D I T A S

Cara erga qVosCVnqVe hVManItas. *

hasCe gratlarVM DIVIsIones ,

etsI eLIngVIs , eLoqVere ! *

III.

apage barbara. VetVstas !
 ▲page sVperbentes obeLLisCorVM LaVDes! *
 et qVels eXVLtas
 MorItVros rhoDe CoLofsos. *

VetVs ELIAS

CarMeLI AVthor, FVnDator, propVgnator *
 eIVsDeMqVe noVVs propagator

IOANNES à CRVCE *

DIVInIore sVrgentes apICe

prærIpIVnt apICeM. *

VterqVe sVbLIMIore eLVctatVr peDe.

*Molis sensim in fastigium acuminata parti hæ Laconica
 inscripta legebantur gnoma:*

I.

SALVE

LVX

beneDICtIonVM,

II.

DIVæ CrVCIs

eXornans

thronVM.

III.

sanCte pater

eXsVsCItans.

gaVDIVM.

Sum-

*Summum Apicem, ut sublimitatem coronaret sublimitas,
claudebat Summi Pontificis insigne.*

*Porrò ante Obeliscum supra ferreos clatros anticos pen-
dulum videre erat altissimè fati Pontificis Opt. Max. agal-
ma majus, cum subnexa Apostrophe invitatoria ad
populum.*

ADesto haglophlLorVM ConfLVXVs! *

HVC speCtator,

seV potlVs fVtVre aDMlrator!

DIVI Ioannis VIta

In Magno Vate eLLa est noVa,

et paraLLeLa, *

VIVa DeI & angeLorVM

stVpe speCtaCVLa! *

IVCVnDVM VtrobqVe prototypon & eCrypon *

en CongrVa DVobVs Vota, Mens InVICta, *

neXa VlrVtVM ConCorDla. *

Vna VtrIVIs proDlglorVM gratla,

par effICaCia. *

MagnVs IOANNES De CrVCE

resVrgens foret phœnIX, *

nIsI phœnICIs esset restaVrarI

è phœn!Ce DeMortVo, non VIVo.

*Ad utrumque atrii latus arrectitii magnificè vestiti assur-
gebant parietes coloribus iconicè, inscriptionibus histo-
ricè Divorum ELIÆ & JOANNIS ita exponentes pro-*

*digia, ut poesis cum sorore Pictoria, penna cum pen-
cillo utrobique concordarent pareliis & parallelis, pi-
cturis & inscriptionibus, quarum, erat prior,*

I.
STra stVpe natVra!

ELIAS aqVIs paLLIo separatis
transIt IorDanIs fLVMen.*

IOANNES abs te Ô BEATA VIRGO,
saCro apprehensVs saLVatVr paLVDaMento.*
paLVDis eX antro eMergIt LVteo aC pVteo:*

VtrVMqVe VIa DVClIt aperta,
QVæ portentoso ponte Cooperta.*
saCrosanCtæ VtrIqVe MentI,
QVæ Deo aqVa, non hæret aqVa.

II.

stVpenDa VtrIVIs

ELIÆ & IOANNI

Deo hoLoCaVsta offerenDI est ratIo*

VtrIVIs Inter saCra eX Deo CaDIt IgnIs DeI, *

VtrIVIs ex pVrlore eLeMento

pVrtatis CœlestIs aDest testIs; *

seD aLterIVs IgnIs

hostIas ConsVMIt, aLterIVs Ignes aVget.*

ELIAS eX raDIante soLe

traXIIt noMen soLIs,

IOANNES & Ipse soL est.*

III.

III.

AD parVVLVM affVsVs se Ingens arCtat eLIas*
 Vt arCtet parCas restIt Vere,
 QVoD VI creptVM*
 parVo se aDæqVat, Vt habeat,
 QVels IpsVM Latè CeLebret orator.*
 par paraDoXon eXhIbes
 Magne IOANNES à CrVCe*
 In eXtInCta VirgIne De Iera
 VICTor MortIs.*
 At par *CarMeLVs* non est,
 Vt tantæ rei pares eXhIbeat LaVDes.*

IV.

perge DIVorVM speCtator,
 abstrVsas sVbl speCVs.*
 VtrosqVe VIDE absqVe speCtante soLe,
 non LVMIne.*
 VtrIMVIs VIDes LVClS fillos, *Igneos patres.**
 eLIas IVssVs peDeM effert
 EX speLVnCa horeb,*
 IOANNES faVente Magnæ annVtV *Delpara*
 EX *CarCere.**
 VterqVe paratVs ConsCenDIt IVgVM,*
 VterqVe Deo LIrat hoLoCaVstVM,*
 scD sanCtVs IOANNES eXornat InCrVentVM.*

V.

Vt proDIGa DotlbVs natVra,
Ita proDIGlls CorVsCat gratla.*
sI seraphICos Del heroës DIXerIs,
reCtè DIXerIs.*

thesbythes aDVersVs hostes
Igneo eX CœLo arMatVr zeLo,*
MIranDVs IOANNES *angeLVs*
Ab angeLo VVLneratVr teLo.*
o faVsta eXpeDItaqVe *CastrorVM aCles!**
QVanDo DeVs DVX Constat In *aCle.**
non refert referre VVLnera,
naM à Deo VVLnerarI, est VInCere.*

VI.

abeste VetVsta LeDæ pIgnora,
faLLaX tynDarIDæ fabVLa!.*
en VerI In MVnDo Castor & poLLVX!.*
DeVotVs In eLIaM tVos Verte oCVLos,*
DeVotVs totVs Verte
In IOANNEM à CRVCE.*
DeVs VtrlqVe *feCIt potentIaM In braChIIs sVIs**
VterqVe æqVVs InIqVas DoMat proCeLLas.*
ALter syDera In aqVas reDDIt Cerea,
ALter Vt rVrsVs serenentVr, ærea.

VII.

VII.

asst age, qVID agIs ELIA
 In VMbraCVLo *IVnlpero*? *
 DVM LangVes sVaVlorl opVs est LeCto. *
 ECqVID *IVnlpero* asperIVs,
 CVI pro raMIs splnæ? *
 ast bene est; Ingens IOANNES à CrVCE
 se sphynGIs hVIVs slstt œDIPVM,*
 CrVX *IVnlpero* est aMara,
 oDore Cara. *
 MVnDVs VlrVte Ioannes à CrVCE *
 ab haC *IVnlpero* sanCtltVDInIs
 obtInet sVaVItateM. *

VIII.

o zelVs gLorIæ pro Deo eXerCItVVM! *
 pertInaX eXarDesCIt beLLVM.*
 beLLigerantes panDVnt VeXILLVM.*
 ADVersVs hostes In acIe acVVntVr arMa, *
 ACVta pro oLyMpo eXorDIVntur præLIa,*
 VetVstl pVLVerIs oLyMpICI rIGIDloræ.*
 ELIas InsVrgentes eXtingVIt
 hlerophantas baal;
 Ioannes DoMat beLIaL. *
 Is DIVInItatIs pVgnat Igne,
 Ioannes arMatVs CrVCE!

IX.

DIVerso sese aMbo aCCIngVnt ItInerI,
 sVo se thesbItes, & IoannesVo *

¶ IDVCIaLIter sVIs aMbVLant In VIIIs. *

¶ aCVLos LeVant In ManIbVs, ne graVentur peDes. *

EX CœLo LegatVs VtrIMqVe est DapIfer,
 ManV DeXterâ sVCCVrrIt opIfer. *

DapsIle VtrIqVe proCVrat epVLVM, *
 et DVLCe aVXILIVM: *

¶ ELIa In sinVM CœLestes fVnDIt panes,
 Ioanni eXhibet asparagos. *

o felIX qVeM In VIa

sIC DeI aLIIt patrla!

X.

CœLestes In IgnIbVs DVVMVrI

ELIas & Ioannes *

En noVI trIVMphatores asCenDVnt CVrrVs. *

abItVrI aD CapItOLIVM

onVstI abeVnt spoLIIs. *

InVehItVr thesbItes

geMIno VnDIqVe Ignes sprante Caballo, *

serVVs Christi Ioannes

IgnIfLVo reDIMItVs gLobo. *

VtérVIs In Igne ablens trIVMphator

sPLenDentes abIt In faCVLas, *

¶ qVla fVMantes CythereIæ eXeGratVs est tæDas. *

XI.

AVcto VIDVæ oLeo eLLæ aVgetVr faMa.*

post fVnera sVDato è Ioanne oLeo

aVgentVr MraCVLa.*

MIranDVs VterqVe VeL est athLeta,

VeL aLIptes.*

LVCratotlbVs InVngendi

Larglor porrlgtVr Materles : *

Castlatl, Vt arDeat, nova exPletVr LaMpas.*

oCVLIs, Vt VIDEant, præbetVr LVMen.*

an rogas? VnDe hæC oLeI VnDa?

VnDe tantVs LIqVor? *

DeVs est, eX qVo hoC oLeVM Latltæ.

XII.

AD eXCeLsa IVga thaborea Verte LVMina.*

qVantVs splenDesClt Moses!

qVantVs eLLias Vates.*

CVM rege Deo VtrlqVe ConVenIVnt heroes;*

aLter stVpenDâ fVLget Malestate frontIs,

aLter VVLtVs*

Inter DIVI aMlCtVs nIVes speCtantVr Ignel*

horVM tV neo-typVs es

DIVe Ioannes à CrVCCe*

proDIGlosas VenVstates tVas

qVanqVaM taCeant ora, Cantant, offa:*

VVLtVM pronl DepreCantVr popVLI.*

Denique quemadmodum interior Templi species ad sacram pompam augusta : ita non minus venusta exterior apparebat facies.

Ante Templi portam exurgebat Porta Honoris, seu

ARCUS TRIUMPHALIS

VenVstâ Varletate ClrCVMDatVs, *

Bina in cubum extensa incubans basi, quarum cuique inscripta (qua animam poesios vocant poeta) dicta accipe :

I.

QVo profVnDIVs

graVor,

hOC aMpLIVs

LeVor. *

II.

VenVstlor

FVLgeo,

DVM

FVLClo.

*Arcui autem ipsi imprimis congruebat ductum ex Pro-
grammate :*

JO-

JOANNES à CRUCE,

Anagramma :

IN EO ARCU SCENA.

ET EPIGRAMMA:

Sic stetit in cubo, ceu firma *Columna* JOANNES,
 Utque *Columna* sibi pandit in astra viam.
 Non sculptore opus est; sic se stetit ipse Styli ten,
 Sic statuit Statuam Victor, ubique Stator.
 Nullus eum mundi turbavit turbo tumultus,
Cruce, quam sustinuit, nesciit illa *crucem*.
 Ut Leo sic stabat, seu Phœbus in igne Leonis,
 Seu stetit in Cancro, non uti Cancer erat.

*In superiore Arcûs spatio inter varia florum fructuûmque
 ornamenta compactitia pendulum prominebat*

L E M M A:

VirtVs protenDItVr, CVM
 arCtatVr. *

*Supra Arcûs testitudinem, ut Majestates accerserent Trium-
 pho Majestatem Divi Caroli Romanorum Imperatoris, ac
 Regis Hispaniarum &c. effulgebant Insignia, quibus tum
 insigne batur:*

hOC Insigne soLVM, soL noVVs
 VnDe. satVs. *

E 3

Dum

Tum etiam, sicut.

soLIs eqVI se fLeCtVnt rVrsVs aD ortVM,*

*Ita ad Majestates rediens exprimebatur Gratitude, Fato
adstante & adstipulante hoc ex Virgilio Fatidicum
occinente carmen:*

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi.

Ornamenta interiora

Tanta in Templo ceteroquin se ipso Structuris, Sculpturis, Picturis elegante ac splendido videre erat, ut Templum in Templo te videre negâsses. Parietes, Parastatae, Apertiones Laquearia, Pila, Columnae tot adscititiis, Peristromatibus, Iconibus, Candelabris argenteis, Lemniscis, Laciniatis fimbriis, Florumque illecebris undecunque radiabant; ut oculum raperet stupor, oculus stuporem. Mirifica è comparente Illustrissimo ac Reverendissimo Dom. NUNTIO Apostol. &c. erat Magnificentia, magna in Aris praesertim in majore ad similitudinem Carmeli excultâ, magna in Operante ad Aram Reverendiss. D. PETRO JOSEPHO à QUENTEL ad S. Severinum Praeposito. In medio consistebat Icon SANCTI VIRI, dicâmnne ipsiusmet Virtutis? quam utrimque octo stipabant Genii, totidem manibus tenentes Scuta his brevibus, non brevi laude exornata Lemmatis:

I.

In
InnoCVa
MVnDV s par
arbore
frVCtVs.*

II.

EX ore
aVrora CorVsCans
nVntlat
orta
DleM.*

III.

O
eCqVIs
tanDeM
pVer ILLe
fVtVrVs?*

IV.

CLlens,
qVo
IVftVs
gaV Det
oLyMpVs.*

V.

serVVs,
qVeM
sanCta parens
ConserVat
In VnDIs.*

VI.

IOANNES,
DIVorVM
CherVb zeLotes,
fVLgVre
boanerges.*

VII.

affLICtorVM
tVtor,
ADIVtor,
serVator,
saLVator.*

VIII.


IOANNES
sVpra
DeI tVtVs
reCVMbens
peCtVs.*

IX.

CrVDæ
MortIs terror,
terræ VICTor,
stygos
EXpVgnator.*

X.

erga sVperos
arDore
seraphICVs,
aMore
eXtatICVs.*



Eato
cwm
W-
m-
a-
ti-
en-
er-
boy,
mo
rat
e ad
e ad
EN-
dat
ms?
er-
or-
L.

XI.
 VIr
 Internâ
 spirIt VVM
 DIscRctIone
 prophetI CVs.*

XII.
 à
 perfeCta
 VIrtVt VVM
 CopIa
 stVpenDVs.

XIII.
 thesbItIs
 sVCCessor
 hæres,
 DVX
 heroVM.*

XIV.
 DIVæ
 VoLVptatIs
 speCVLVM.*

XV.
 prIsCo
 IsraheLIs
 herol
 aVt proDIGIs par,
 aVt æMVLVs.*

XVI.
 Moses
 DIVIsIt aqVas
 ICtV VIrge,
 IOANNES
 paLLIo.*

*In Odeo artificiosissima interludebat Musices Harmonia,
 quâ Poeta in hanc rapiebatur exstasin:*

Quo feror attonitus? stupuerunt Lumina visûs,
 O quam suave melos nunc & in aurè sonat!
 Illane Cœlorum Vox est, quâ plaudit Ephœbus,
 JOANNES quondam dum moribundus eras?
 Non est una quidem, similis tamen esse videtur;
 Musicus Angelicus fit modò cantor homo.

satis est!

CLaVDatVr theatrVM, perpetVetVr cLorIa.*